

pensis propriis laborare, placet excellentie nostre, ut de predictis proventibus, dum in officio ipso eritis, quilibet vestrum expensas pro se et uno equo debeat iuxta avvisam curie retinere. Uni etiam notario, quem vobiscum in eodem officio habeatis, uncias auri quatuor pro expensis eius per annum, dum in officio ipso erit, de eisdem^a proventibus tribuatis, recepturi de omnibus que solveritis ad vestram cautelam idoneas apodixas et sic in exercendo officio ipso diligenter et fideliter procedatis, quod nulla nota vobis negligentie vel redargutionis possit adscribi, sed ex fidei executione procurationis ipsius possitis merito commendari.

Datum per Goffredum de Cosentia^b apud Messanam nono Augusti quinte indictionis.

Manfred befiehlt dem Secreten von Sicilien, Matthaes Rufulo, den Roger Bonifacio und den Richter Jakob Bufalo, die er zu Verwaltern der erledigten Kirche ernannt habe, in deren Güter einzuführen, und wiederholt die Verordnung über Inventarisierung und Rechnungsablage.

1262 August 9, Messina.

Manfridus dei gratia [rex Sicilie]^c Mattheo Rufulo secreto Sicilie [fidei suo gratiam et bonam voluntatem].

Quia procuracionem Messanensis ecclesie nunc vacantis Rogerio Bonifacio et iudici Iacobo Bufalo fidelibus nostris a mense Septembris proxime futuri sexte indictionis in antea duximus committendam, fidelitati tue [precipiendo mandamus], quatenus bona omnia ipsius ecclesie, mobilia et immobilia, eis facias assignari, factis de assignatione ipsorum^d tribus scriptis publicis distincte et seriatim bona ipsa omnia continentibus, quorum uno penes te retento, alio eisdem procuratoribus assignato, tertium ad cameram nostram transmittas; et ut liqueat, ut in procuracione ipsa diligenter et fideliter duxerint procedendum, volumus et mandamus, ut quolibet trimestri tempore de officio ipso ab eis recipias debitam rationem.

Datum per Goffredum de Cosentia^e apud Messanam nono Augusti quinte indictionis.

Moncalieri.

Als Friedrich II. zu Anfang des Jahres 1238 in Piemont erschien, änderte sich schnell die Lage der Dinge.

a) *eiusdem*. b) *Constantia*. c) Statt der eingeklammerten Worte steht in der Vorlage überall *etc*. d) *ipsius*. e) *Constantia*.